

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LIV. Faventina fideicommissi de Fenzoniis. De eadem materia, An  
scilicet ratio conservationis bonorum in familia vel descendentia adjecta  
prohibitioni alienationis, vel alteri dispositioni, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

## FAVENTINA

## FIDEICOMMISSI

DE FENZONIIS

PRO

FENZONIIS

CUM

HOSPITALI seu CONFRATERNITA-  
TE BRISIGHELLÆ.*Casus decisus per Rotam pro Fenzyis.*

De eadem materia, An scilicet ratio conservationis bonorum in familia vel descendencia adjecta, prohibitiōnē alienationis, vel alteri dispository, inducat fideicommissum restitutorium in casu mortis, vel illud ampliet ultra casus ac personas expellas; Et ubi illud non induceret, sed induceret tantum fideicommissum conservatorium, An istud impedit dispositionem ad favorem legitimorum hæredum ab intestato succendentium, quamvis non sint de familia.

SUMMARIUM.

## Acti series.

## Resolutio.

- 3 Punctus causa super conf. 636. Decij.
- 4 De ratione, ob quā iſa materia involuta fit, & quomodo ad veritatem indagandam sit procedendum.
- 5 Ubi praeedit fideicommissum expressum restitutorium, sed clare restrictum ad certas personas, tunc ratio amplior illud non ampliat.
- 6 Fortius, ubi prohibito directa est ad personas.
- 7 Argumentum superfluitatis est levissimum.
- 8 De pluribus effectibus resultantibus ab expressa alienatione bonorum fideicommissi facta per testatorem, & ideo de pluribus conclusionibus.
- 9 Quod ratio non operativa, ut supra n. 5. adhuc attendatur pro administratore, & quod plura de per se non operativa serviant pro administratore.
- 10 Ubi praeedit fideicommissum restitutorium expressum, sed est dubia eius restrictio, tunc ratio magis generalis ampliat fideicommissum in ratione interpretativa, dantur exempla.
- 11 Quod aliud sit inducere novum fideicommissum, seu illud extendere, & aliud sit interpretari.
- 12 Ubi nullum praeedit fideicommissum expressum in causa mortis, tunc intrat distinctione, an ratio sit principaliter, vel accessoriæ, & consecutivæ.
- 13 Quomodo dignoscatur, & judicandum sit, an ratio sit principaliter, vel accessoriæ.

LUCA  
de  
amentis  
tat  
GVI  
9

- 14 Quod in hac facili specie ratio staret principali-  
ter, seu independenter, ac induceret fideicom-  
missum restitutorum.  
15 De alio casu, & an fideicommissum solum con-  
servatorium reflutans ex ratione accessoriæ  
adjecta prohibitioni alienationis impedita  
dispositionem cum legitimi heredibus ab in-  
testato.

## DISC. LIV.

**P**etrionius Fenzonius scriptis heredibus quatuor filiis masculis suppletor nulloque substitutio- num onere adjecto post illa verba, qua de stylo testamenti finem ac perfectionem denotare solent, adjecti particularem prohibitionem alienationis bonorum stabilium, qua possidebat in quadam contrata, adiecta ratione, quia volutea continuo & in infinitum conservari in dictis ejus filiis, eorumque descendenti bus masculis, & ne exirent de familia; Deinde vero in condicilibus tandem prohibitionem magis ample & accurate repetit, ordinando etiam in reliquis bonis recte procam inter filios in portione morientis absque filiis masculis ad favorem superstitem, vel filiorum masculorum eorum qui essent praedefuncti in stirpes & non in capita; Cum autem mater ac turrix aliquorum descenditentia dicti testatoris, pro dissolvendo are alieno eorum patris alienasset aliqua ex dictis bonis ut supra particulariter alienari prohibit in Hospitali seu Confraternitatem Brisighellæ, isti facti majores in vim fideicommissi à praefato eorum ascidente ordinati sententiam favorablem obtinuerunt in partibus a Legato Æmilio super reintegratione in possessionem d'ætorum bonorum dictaque sententia confirmata fuit per A. C. Judicem appellationis, idemque dictum fuit per Rotam coram Verospio sub die 8. Ianii, 1665. circa pertinenciam fideicommissi, habita solum difficultate super concernentibus ordinem judicii, circa competentiam scilicet dicti interdicti post mortis reinte- grationis, ex iis quo super hoc puncto habentur in hac eadem causa sub tit. de Iudicio, atque judicatum exequutionem habuit.

Quatenus igitur pertinet ad negotium principale circa existentiam fideicommissi, in praedictis disputationibus coram A. C. ac in Rota, in quibus ego scribam pro actoribus, causa restringebatur ad punctum in qua parte versaremur distinctionis famigerati conf. 636. Decij, An scilicet ratio conser- vationis bonorum in familia & descendencia adiecta prohibitioni alienationis staret principaliter & independenter, vel potius famulariæ seu accessoriæ & consecutiæ, ut primo casu inducat fideicommissum restitutorum, in altero autem non; Super hoc autem multa per scribentes hinc inde, cum aliqua confusione involvebantur, excusabilitatem tamen, quia majores nostri eam verè involu- tam reddiderunt, ex eodem infecto principio, ex quo tota hæc ultimarum voluntatum materia præcepteris ita redditæ est, confusione scilicet plurium diversorum casuum vel effectuum, in quorum accurata distinctione, congruaque applicatione ad individuum de quo agitur, non autem in decisio- num, ac doctrinarum indigesta consarcinatione humeri potius quam capiti congrua, tota pars Scientifica in hac legali facultate, præsertim quoad forenses constitui videtur; Unde propteræ istius præsertim causæ occasione, ac potissimum in disputationibus in forma contradicitorii habitis coram A. C. prout in pluribus ac pluribus aliis fre-

quenter à me tractatis sub ista materia caderet advertebam omnino reflectendum esse ad placitum seu effectuum distinctionem, quod primus est, ubi praedit fideicommissum restitutorum expressum, ac dispositivum in dictis, quod claram ac certam habeat restrictio- unde propteræ cessante omni ambiguitate, ratione intraret interpretatio, agatur de inde omnino novum fideicommissum ad favore si generis personarum cadentis sub generali rationis adiectæ prohibitioni alienationis vel dispositioni, sive de extendendo fideicommissum uno in alterum genus personarum; Extrarius est, quidquid plerique involuerunt, summa in decif. 228. Celsi repetit. decif. 38. pof. ad de fratr. in quo concordantes, ut hac ratio modocunque concepta, semper sit accessio famulariæ, non quidem ipsi prohibitioni conf. 636. Decij, quod percutit diversum casum infra, sed ipsi fideicommissu expresso & disponivo, cui famularunt, tam pof. prohibitione eidem ratione eidem prohibitioni adiecta, id eoque illi casus non egreditur, sed omnia intelliguntur pro decommiso durante, ac intra personas vocari.

Quod clarissimus, magis que de plano procedit, alienationis vel confirmationis prohibitione vel habens adiectam rationem, directe est adiecta magis quam ad bona, ut advertitur in eadem strali decif. 228. Celsi, Non quod id sit præceptum sarium, sed quia tunc res procedit magis de

Neque alicujus momenti est superfluum ven- tamentum in proposito fieri solitum, quod in stante fideicommissu restitutorio expresso, posbitio alienandi insit de jure, nulla indigena ratione sive rationis vestimentum; Tum quia sum in hac ultimarum voluntatum materialitate in jure hoc superfluitatis argumentum, faciliter deleibile per quacumque talem qualiteriam modicam operationem, etiam circa majoris declarationem ejus quod inest ex collecta ap. Orthob. decif. 244 n. 24 & frequenter.

Tum etiam quia multæ sunt operationes tantes à prohibitione expressa, potissimum ve- ubi illa dictæ rationis vestimentum habet, pof. quia exinde, juxta unam sententiam de facultate tendam quando alia admicula urgent, refra- soler exclusio profitemur in Religione, quae sine de genere vocato, juxta ea quæ habentur in Romana fideicommissu de Cupis disc. 64. Et alio- quentibus ad hanc materiam exclusionis Religio- rum; Secundò quia sola prohibito legi non nullat actum, qui durante vita seu jure alieni remanet validus ac irretractabilis, solumque dictus resolutioni post expiratum jus alienans a favore successoris venientis ex fideicommissu dependenter ac jure proprio; Ubi vero prohibi- tionis legis accedit etiam illa hominis, tunc adeo est infectus ipso jure, ut propriece, Vel sperni locus fideicommissu conservatorio ad favo- terius substituti, Vel quod ad instantiam ejusdem etiam pro solo jure de futuro ac sperato, quin etiam ad instantiam ipsiusmet alienantis licet ve- nientis contra factum proprium ipso jure nullus actus retractari valeat, cum aliis effebibus et de jussimodi infectione resultantibus; Tertio quin ipsa opinione hodie in foro magis receptam, facta in fideicommissu, qui sit haeres gravata ab alienantis tenetur præcisæ habere ratum fatum sui factoris, quatenus sit haeres absque beneficio inves- tarii, vel isto accidente, vires hereditariae supponi-

ita ut etiam in iuribus ex propria persona competentibus locum habeat regula textus in l. cum à mate  
tre Cod. de rei vendit. & non admittatur ad ipsam rem vendicandam, quamvis estimationem vel interesse offerat, securi verò est, ubi accedit dicta prohibito expressa, præsertim verò & clarissima vestita à dicta ratione, cum tunc regula prædicta cesseret; Et quarto circa detractiones non admittendas nisi in subfidiis ex iis bonis, quæ specialem & expressam habent prohibitionem, præsertim cum dicta ratio, cum aliis similibus effectibus, ut etiam advertitur infra in *Reatinā fidei comm. de Clavellonibus* dis. 128. ubi de puncto, At hujusmodi expressa prohibito particularis aliquorum bonorum inducat necne fideicommissum particularare diversum ab universalis, ad effectum præsertim detractionum, & sic revera istud superfluitatis argumentum nullius ponderis remaneat.

Est bene verum, quod cum in hac materia omnes regulæ & conclusiones procedant solum in ambiguo, atque non urgente contraria testatoris voluntate etiam conjecturali, cui, cessante casu in quo urgeat defectus potestatis, omnia cedunt, idcirco si alia concurrunt inditio & argumenta suadentia, quod testator ultra personas expressas, aliud fideicommissum magis latum facere voluerit, tunc illa ratio satis est considerabilis tanquam unum ex administris cum aliis conjungendum. Quid tamē solum & de per se non sufficit, multa enim sola & de per se non sunt operativa, sed bene attenduntur pro administris, quando alia concurrunt, ut præsertim supra & infra frequens habemus in materia fideicommissi ordinati in casu delicti, sive hujus rationis conservations bonorum in agnatione vel sanguine, adiecta prohibitioni confiscazioni, quoniam ex hoc non infertur ad fideicommissum restitutorum in casu mortis, sed bene exinde resultat illi vehemens administrum, quando tamen alia concurrunt cum similibus.

Alter casus est, ubi præcedit quidem fideicommissum restitutorum dispositivum & expressam sed ejus restrictio ad certas personas non est omnino certa & præcisa, unde cadat ambiguitas. An sub genere vel vocabulo quo testator ius est, comprehendantur necnae aliae personæ aptæ sub illo venire; Puta ubi vocata familia, quæ regulariter intelligitur de effectiva ambiguum remaneat, an veniat etiam continentiva; Sive ubi dispositione concepta cum filiis, cadat altera dubitas, an sub nomine filiorum veniant nepotes, & pronepotes, ac ulteriores descendentes; Vel an filii in conditione positi censeantur, nedum vocati, sed etiam gravati, cum tractu perpetuo & successivo, quasi quod in eis demonstrata sit universa posteritas ad limitacionem cons. 21. *Oldrādi* cum similibus; Et tunc recte intrat propositio derivans ex theor. Bart. in l. pater filium & fundum num. finali de legatis tertio, 15. quando ratio generaliter dicta stare dicatur dependenter, vel independenter dicatur, quod independenter stare dicatur, quando testator dicat, id est prohibui seu feci, quia volo hoc. Exinde nostri, præsertim Consulentes, quasi quod haec sint verba inducentia quandam formam, ad instar verborum Sacramenti, cum consuetis juristarum subtilitatibus, seu verborum formalitatibus, nimium certas super verbis testamenti vel dispositionis, de qua agitur, an sint juxta dictam formam necnè; Prout etiam nimium laborant in perfectando. An ratio præcedat, vel subsequatur; Sive an eadem ratio adiecta sit in eadem vel separata oratione, & ad quem effectum ponderare solent, an ad sic litera maiuscula, sive an ad sic punctus finalis, cum similibus, quæ omnia verè pro meo judicio continere videntur leguleicas simplicitates, ac formalitates, cum frequentius haec omnia pendaunt à Notario vel alio scriptore testamenti, absque eo quod testator ad haec advertat; Ideoque vera decisio desumenda videntur à substantia voluntatis testatoris metiendæ ex tota facta massa, à contextu scilicet omnibusque partibus dispositionis, necnon à qualitate, tam ipsius quam bonorum, aliisque circumstantiis, ex prudenti beneque regulato arbitrio, unara, vel alteram voluntatem probabiliter suadentibus.

Ut enim advertitur dicti præcedenti, Aliud est interpretari dispositionem dubiam, Aliud verò est inducere novum fideicommissum, seu illud clarè limitatum extendere. Et isto casu pariter neque intrat distinctio derivans ex dicto cons. 636. Decif. An ratio sit in eadem oratione accessoriæ & conse-

quutivæ ad prohibitionem, vel potius sit principalius & de per se cum oratione independenter, quoniam semper inducit administrum, seu coneturam.

Tertius demum casus est, ubi nullum præcedit fideicommissum expressum & dispositivum, unde propterea intret quæstio, an illud resulteret ex hujusmodi ratione prohibitioni alienationis, vel alteri dispositio adiecta. Et tunc intrat distinctio prædicta, an scilicet ratio sit accessoriæ & consequutivæ vel potius aquæ principaliter, seu independenter, ut primo casu talum effectum non inducat, cum recte operetur illum efficacia prohibitionis, quæ alias non dato substituto in casu contraventionis, neque habens dictam rationem adiectam, resolvitur in nudum consilium non obligatorium; Vel inducit fideicommissum, quod nostri dicunt conservatorium, quod recte stare potest sine restitutorio juxta casum, de quo infra in *Civitatis Castellane fideicommissi de Clarionibus* dis. 128. cum similibus, nisi aliae concurrente conjecturæ, ex quibus etiam ad fideicommissum restitutorum, & absolutum in casu mortis inferri valeat; Secundò autem casu inducat etiam fideicommissum absolutum & restitutorum in casu mortis, ut post antiquiores ab eis relatos per Fusar. quæst. 68. Cap. latr. consult. 32. de Marin. resol. 131 lib. 1. Rota apud Buratt. decif. 107. ubi Adden, apud Merlin. decif. 669. decif. 284. & 304. par. 6. rec. decif. 8. & 15. par. 7. & in aliis frequentier, apud quos de hujusmodi administris & conjecturis, circa quæ certa & determinata regula dari non potest, cum totum pendaat ex singulorum casuum circumstantiis particularibus, dum in effectu non est quæstio juris sed facti ac voluntatis.

Qua distinctione retenta ut potest ita generaliter ac in abstracto receptissima & absoluta, major, immò tota quæstio hodie esse videtur in ejus applicatione. & an in una vel altera parte versari dicatur, quando scilicet prohibito sit accessoriæ & dependenter, vel potius principaliter & independenter in separata oratione; Atque in hoc nostri nimium se involvunt; Cum enim Bart. in dicta l. pater filium & fundum num. finali de legatis tertio, 15. quando ratio generaliter dicta stare dicatur dependenter, vel independenter dicatur, quod independenter stare dicatur, quando testator dicat, id est prohibui seu feci, quia volo hoc. Exinde nostri, præsertim Consulentes, quasi quod haec sint verba inducentia quandam formam, ad instar verborum Sacramenti, cum consuetis juristarum subtilitatibus, seu verborum formalitatibus, nimium certas super verbis testamenti vel dispositionis, de qua agitur, an sint juxta dictam formam necnè; Prout etiam nimium laborant in perfectando. An ratio præcedat, vel subsequatur; Sive an eadem ratio adiecta sit in eadem vel separata oratione, & ad quem effectum ponderare solent, an ad sic litera maiuscula, sive an ad sic punctus finalis, cum similibus, quæ omnia verè pro meo judicio continere videntur leguleicas simplicitates, ac formalitates, cum frequentius haec omnia pendaunt à Notario vel alio scriptore testamenti, absque eo quod testator ad haec advertat; Ideoque vera decisio desumenda videntur à substantia voluntatis testatoris metiendæ ex tota facta massa, à contextu scilicet omnibusque partibus dispositionis, necnon à qualitate, tam ipsius quam bonorum, aliisque circumstantiis, ex prudenti beneque regulato arbitrio, unara, vel alteram voluntatem probabiliter suadentibus.

Ista igitur theorica ita constituta; Quatenus pertinet

LUCA  
de  
amentis  
cat.  
GVT  
9

pertinet ad applicationem, in hac facti specie, claram videbatur dictam rationem conservationis bonorum in descendantibus facere hanc operationem inducendi fideicommissum absolutum ac restitutorum in casu mortis, quoniam nullum aliud in eodem testamento continebatur fideicommissum, cui talis prohibitus vel ratio famulari posset, atque nequam ratio stabat principaliter & independenter juxta verba Bart. vel aequipollentia, sed etiam accedebant verba *in perpetuum*, & alia in idem tendentia; Cum ea quoque circumstantia considerabili, quod ageretur de prohibitione particuli quorundam bonorum stabilium certo loco existentium, quae attenta qualitate loci ac personae, atque cum ista proportione dicis possunt conspicua & qualificata: Et quod magis, quia deinde condidit codicillos, quos maturius ordinare professus est ad majorem sui animi declarationem, & in quibus aliud in effectu non continetur, nisi magis enixere repetita dicta prohibitione cum praefata ratione stantere magis principaliter ac independenter, cum talibus verbis, quod fideicommissum restitutorum presupponerent explicando desiderium perpetuae conservationis bonorum in omnibus descendantibus, inter quos proinde fideicommissum ordinatum censetur juxta dispositionem textus in l. fideicommissa n. 8, hac verba *ff de legatis tertio*, cum concord. collectis in hujus causa decisione, quae proinde, reflectendo etiam ad solam veritatem, justa, & probabilis via est; Potissimum cum veſtaremur in dispositione ascendentis, in qua, juxta ea quae satis frequenter in hac materia habentur hoc *eodem tit.* receptissimum est, minores ac leviores sufficere conjecturas.

In proposito autem hujusmodi prohibitionum alienationis habentium dictam rationem accessoriū seu consequitivē, ita ut ex illa non resulteret fideicommissum restitutorum, sed solum conservatorium, pluries, ac pluries idem respondi, prefertim in una Sabinen. de Pedracchis pro Luca Pedrocce, me consiliente pro veritate, An dicta prohibitione non obstante, quamvis ad essent illi de familia, extra quam Martinus ejus abavus prohibuit bona alienari, disponere posset ad favorem ejus neporum ex sorore proximiorum, ac legitimorum ab intestato heredium, dum agnati de familia ab eodem teste rō per alias lineam descendantē ab ipso quinto gradu distabant; Et respondi affirmativē, quoniam fideicommissum conservatorium non tollit successionem ab intestato, neque illius ordinem perverrit, etiam si legitimū successores non sint de familia juxta doctrinam Bart. in l. peto § fratre n. 2. & l. cum pater §. cum interf. de legatis secundo, quare certi sequuntur cumulari per Bellon. jun. cons. 1. n. 84. de Marin. refol. 131. n. 4. lib. 1. Fusar. q. 688. n. 100. Potissimum quia verba testamenti, & clarissima illa codicillorum, clare suadere videbantur, quod prohibitio percuteret alienationes per actus inter vivos, nequella esset simplex ac indefinita sed qualificata, quod scilicet volentes alienare tenerentur requirere suos agnatos, & de familia in pari causa praeferendos, ita inducendo quamdam speciem retractus consanguinitatis, presupponendo tamen facultatem alienandi etiam in extraneos, id eoque si huic morienti ab intestato dicti proximiōres cognati non prohiberentur succedere, ita fortius dixi eidem competere facultatem cum eis disponendi in testamento, cum semper favorabilior sit causa testati quam interstitia.

**R O M A N A**  
**FIDEICOMMISSI**  
**DE BONCOMPAGNIS**  
**PRO**  
**PAULO BONCOMPAGNO**  
**C U M**  
**MARCO ANTONIO**  
& aliis etiam  
**DE BONCOMPAGNIS.**

*Casus decisus per Rotan pro Marco Antonio  
& consortibus, postea a concordatu.*

**D e concursu plurium aq; vocatorum  
& ejusdem generis, quorum unum  
alterum excludere velit ob prae-  
ditionem de eo factam à gravato,  
scilicet & quando gravatus inter-  
tere possit succedendi ordinem  
statore prescriptum, atque aliqui  
ex vocatis praeligere, alios vero  
excludere; Et an haec facultas da-  
mo haeredi gravato influat in aliis.  
Sive an eadem facultas per ap-  
mentum à contrario sensu refu-  
ratione seu voluntate per testatorum  
explicata, quod bona non exenti  
familia vel genere vocato.**

**S V M M A R I V M.**

- 1. **F**acti series.
- 2. **R**esolutiones causa.
- 3. **F**irmatur reciproca tanguntur certa.
- 4. **F**acultas praeligendi data primo gravato  
influit in omni successore.
- 5. **Q**ui declarat non disponit, & qui non potest  
vocare potest declarare.
- 6. **D**eclaratur conclusio, de quans.
- 7. **P**robabilis alienare vel disponere extra familiam  
potest disponere in illis de familiis  
remotioris.
- 8. **E**tiam si ad esset fideicommissum in causa  
quia intelligitur quantum non disponit.
- 9. **C**ontrarium verius ubi procedit fiduciam  
sumexpressum.
- 10. **U**bi est fideicommissum solum conservatorium  
tunc procedit conclusio, de qua n. 7.
- 11. **Q**uid de casu mixto, ubi scilicet fideicom-  
missum restitutorum implicite resultat a ratione  
juxta prohibitions alienatione.
- 12. **D**e eadem conclusione, de qua n. 4.

**D I S C. LV.**

**U**go Boncompagnus, adiecta ratione con-  
servationis aliquorum bonorum in ejus finali  
debet